



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sermones de Sa[n]ctis Hyemales, Estiuales, De
festiuitatibus Jesu christi, Beate virginis et alior[um]
Sanctor[um] ... Venera[n]di patris, fratris Nicolai deniise
Ordinis Minor[um] de obseruantia ...**

Denisse, Nicolas

[Augsburg], 1510

VD16 N 1513

S[e]c[und]o p[ro]pt[er] euade[n]dam demo[n]is calliditate[m]

urn:nbn:de:hbz:466:1-30625

De aduentu domini

bis aduentus in carne: nisi nobis adueniret in mente. Nec aliquid vobis pdesfer celebrare illum dominus aduentu et eius natiuitate nisi in mentibus vestris faceremus spiritualis aduentus eius solennitate. Sed bene bene quod parati faciunt quod pauci se disponunt quod pauci ad hanc solennitatem veniunt. quod reuera valde dolendum est. Thren. j. Heu sion tu gent eo quod non sint qui veniant ad solennitatem. Et igitur anima rationalis somnolenta in peccatis dormiens imo etiam mortua. Attende quod dicit saluator: Joa. v. Venit hora et nunc est quando mortui. scilicet in peccatis audient vocem filii dei et qui dormierint uiuent. scilicet uita gratie. Igitur sic dicit psalmista. Hodie si uocem eius audieritis nolite obdurare corda uestra. hodie inquam quod in presenti est tempus audientium. nolite igitur obdurare et cetera. vltimum primum ter in peccato perseverare: quod hora est iam nos de somno surgere.

Tertio hora est. accelerandum est ut nos appareamus ad expectationem certissimam: et hoc respectu ultimi aduentus uicem ad iudicium tam periculosa est in hora mortis quam uultus in fine mundi. Luc. xij. Vos siles hominibus expectantibus dominum suum qui reuertatur a nuptiis. Et sequitur post. Et vos estote parati. Acceleranda est autem huiusmodi preparatio precipue propter tria.

Primo propter pueniendi temporis dubietatem. **S**ecundo propter euadendam demonis calliditatem. **T**ertio propter mitigandam iudicis seueritatem.

Primo propter pueniendi temporis dubietatem. Quod dicitur in Luc. xij. postquam dicit. Et vos estote parati: subdit. quod quia hora non putatis filius hominis ueniet. Et Matt. xxij. Si sciret pater familias qua hora futurus esset vigilaret utique et non sineret perire domum suam. ideo et vos estote parati quia qua hora non putatis filius hominis ueniet. Sicut enim dicit Seneca. Multo sibi uiam differentes mors incerta presentit. Itaque omnis dies uelut ultimus iudicandus est. Et Gregorius. Horam ultimam ideo uoluit dominus nobis esse absconditam ut semper haberetis suspecta et qua preuidere non possumus ad illam sine intermissione preparamur. Hec ille. Preparare itaque diligenter corda uestra ut digne celebrare possitis aduentum domini. Nescitis enim si iam amplius de cetero aduentus domini et sanctam

eius natiuitatem celebrare poteritis: quod forte ante annum elapsum ueniet uobis hora mortis. Matt. xxv. Vigilate itaque quia nescitis diem neque horam. Ideo scientes si. quod hora est etc.

Secundo propter euadendam demonis calliditatem. Leo papa in quadam sermone. Non desinit hostis antiquus deceptionum laqueos ubique prendere et ut quomodo modo fidem credentium corrumpat instare. Ideo dicit Petrus. j. Pe. v. Vigilate quia aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiens circumit etc. Callidius autem et uelocitius impugnat hominem in articulo mortis. Gregorius. Tanto demon grauior tentationes ingerit quanto magis peccatorem finis appropinquare conspicit. Ps. Spiritus domini calcasit pedes meos. id est sine uice obseruabit. Et Gen. ij. dicit dominus ad serpentem. Tu insidiaberis calcaneo eius. Prepara igitur animam tuam diligenter et diabolum repelle ne forte in uicinis articulo non possis eum repellere cum uoles. Quis sicut dicit Beda. Diabolus quanto diutius possedit ratiō diffidius dimittit. In cuius figura: pharaon uolebat dimittere et uix dimisit populum qui sibi diu seruierat. ut patet Exo. pluribus capitulis. Hora est igitur ut te prepara. Ps. Eccl. ij. Prepara anima tua ad tentationem.

Tertio propter mitigandam iudicis seueritatem. Sicut dicit Gregorius. Qualis hinc quisque egreditur: talis in iudicio presentabitur. Et Lyprianus ponit hanc regulam generalem. et etiam ponit in decre. de. pe. dist. j. c. Nunquid. Qualem te iuenerit deus: talem te iudicabit. Studeas ergo dum potes iram iudicis mitigare quod tunc uis placabilis erit ira eius. Sap. xij. Impius uisus i nouissimum sine misericordia ira supuenit. Hunc ergo dum tempus habes studeas iram iudicis placere. Eccl. xvij. Ante iudicium para iustitiam. Prepara igitur animam tuam cum omni diligentia. Eccl. xxxvj. Fortissima tempus et mensura finis. Audi etiam quod dicat mortuus uisus. Eccl. xxxvij. Vemento iudicij mei sic ei erit et tuum. Tibi heri et tibi hodie. Bess diceret Tempus quod operari potui transiit: sed tibi adhuc operari licet. Et si cum mortuis uerbum huius posses audire utique quantum de